



ipse laciniam ad cingulum, circum cubitos, manu revinciebat. Haec ad limbum, pendentiaque a collo ora bullis fulgebat. Idem videre erat in cingulo, quod num esset militare, distingui non potuit. — Quod spectat ad mensuras, magnitudinemque statuae, altitudo a summis humeris ad supremum turbinati verticis apicem ped. 3, ex quibus pes 1 et  $\frac{1}{3}$  a superciliis ad mentum, nam frontis nullus alias terminus venit in conspectum, cum tota lateret sub galea, seu pontificia mitra. Maxima capitinis latitudo ped. 1 $\frac{3}{4}$ , cuius quinta pars diameter orbis, e regione narium. Faciei latitudo, inter universi capitinis tegminis latera, quae paullo eminere diximus. — Ex iis equidem colligi facile puto totius simulacri magnitudinem. Nam si dimidium eius, quod ab imo mento ad supercilia est, superaddatur, procul dubio totius oris, a mento scilicet ad summam frontem constitutio prodibit. Tum si secutus fueris eos, qui faciei novem modulis universum corpus constituunt, duodeviginti pedes statuae altitudinem invenies. — Visuntur etiamnum huius statuae, caput intra septa novae munitionis, et frusta duo, ex quibus singuli excavati loculi adstant templi foribus. Huius operis fuere quaecumque inserta turri marmora, gradus plerique interioris scalae, et quae inversis litteris supra septi portam cernuntur. — Cum incidisset, ruinas perscrutatus, in genu ambabus manibus amplexatum, quod querulae, fessaeque imaginis solet esse, mecum asportandum in meos hortos curavi; et hoc indicio esse potest, alia signa, quam ipsius victoris Augusti fuisse in eo loco, devictas gentes scilicet indicantia'. Denique adieci delineationes monumenti Tropaeorum, quas fecit Carolus Morellus inseruitque syllogae suae ms. (*avvertimenti sopra le fortezze di S. R. A. del capitano Carlo Morello primo ingegniero et logotenente generale di sua arteglieria MDCLVI; cod. bibl. reg. Taurin. n. 178 fol. max. foll. 183; cf. Promis gl' ingegneri militari di Piemonte p. 69 et Torino p. 82* f. 102, 103; ex eo codice misit Car. Promis).



Ad priorem formam haec adscripta sunt: *Il castello della Turbie ancorchè si veda molto rovinato, ad ogni modo essendo vicino alla marina ed alla frontiera del contado di Nizza io dico esser bene di tenerlo. Se bene di presente non se li vede fortificazione di considerazione, potrà il Governatore in occasione trincerarsi al piede di esso per trattenere quanto si potrà il nemico, ancorchè vi sarebbe da disputare molto, trattandosi per batteria da mano. Questo castello fu fatto da Pertinace imperatore et alcuni vogliono che sia nato nel medesimo mausoleo, quale è fabbricato tutto di pietra tagliata. Dentro esso castello et in mezzo vi è una grande torre quasi tutta piena di terra, salvo che da un canto vi è una scala che sale sino alla sommità di essa, al piede della quale vi sono alloggiamenti per soldati circondati d'una gran muraglia, come si puo vedere nella seguente pianta. Ad posteriore nihil adscriptum est. Addit Promis castellum item pictum cerni apud Gioffredum in theatro Pedemontano 2, 157 egregie restitutum cura fortasse Francisci Pacciotti Urbinatis architecturae militaris peritissimi. — Titulorum fragmenta infra relata n. 4. 5. 7. 8 Turbieae nell' arco del portico avanti la capella della Vergine della pietra, fr. 1 et anaglyphi partem transformatam in arcam ante eandem ecclesiam vidit RICOLVIUS (vide infra). A la Turbie au dessus de la porte de la ville, encastrés dans le cintre qui date du moyen age BERTRAND 1869. Anno 1869 reliquiae arcus translatae Parisios ex decreto communis Turbiensis collocatae sunt in museo S. Germanensi, quo tempore, dum fragmenta quattuor tum nota (nobis 4. 5. 7. 8) ex antiqua porta extrahuntur (les pierres . . . avaient été employées comme voussoirs d'une porte anciennement fortifiée), reperta sunt in eadem porta (la voûte démontée) fragmenta alia quattuor (nobis 2. 6. 9. 10) adhuc ignota (cachés depuis la construction). Simul eodem missum est anaglyphum illud: fragment de frise orné de draperies . . . le marbre en a été creusé pour être converti en sarcophage. Plus tard, on a converti le sarcophage en auge de fontaine . . . on l'avait mis près d'une des portes de l'église. — Drusi caput repertum inter rudera tropaei emptum esse a principe hereditario Daniae auctor est Spitalierius p. 163.*